remittit nec de cetero eas exiget. Et facit hominibus de Serravalle finem de omnibus maleficiis, que erga dominum imperatorem vel suos fecerunt.

5. Et permittit hominibus Terdone habere consulatum et macella et molendina et vias publicas habere et tenere, sicut permittit Papiensibus.

7. Sicut Conradus de Belalus iuravit pro domino imperatore et pro se, sic et principes et nobiles subscripti iuraverunt pro[a] se: Theodericus[b] marchio de Landesberc, Florencius comes Hollandie, Bernardus comes Saxonie[c], Conradus de Monteferrato, Re[in]herius comes de Blandrato[d], Conradus de Bokesberc[e], Constantinus de Berga, Cono de Minzenberc, Henricus marscalcus, Walterius dapifer, Conradus pincerna [et alii quam plures][f]. Insuper iura[bun]t[g]: archiepiscopus Coloniensis, cancellarius imperialis aule Gotefredus[h], comes Henricus de Ditze.

8. In hac autem conventione comprehendit dominus imperator, quod civitas Terdona et eius districtus non recipiat aliquem vel aliquos homines, qui de octo villis infrascriptis apud Paleam collecti sunt. Si vero recepti fuerint, infra octo dies ab eo die, quo ab imperatore Friderico vel a marchione de Monteferrato vel eorum certo nuntio requisiti fuerint[i] vel a rege vel a suo nuntio certo, eos dimittant[k] vel restituant. Sunt autem hee ville: Marenge, Gamundi, Oville, Four, Bergul, Solere, Wargent, Rovere.

4. Der Treueid der Tortonesen.
[1177 Januar/Februar?].[1]

Text des Chart. Dertonense (fol. 3) nach Druck Costas (S. 31f.) und Kollation Holder-Eggers. Die jüngeren Überlieferungen Da Milanos, Muratoris u. a. konnten daneben unberücksichtigt bleiben.

---

a) per *1.* b) Theodoricus *2. 3. 4 wie auch in B.* c) Bernardus comes Saxonie *fehlt anscheinend in 1, steht in 2. 3. 4 wie in B.* d) Recherius comes de Blanderan *1. 2. 4* . . . Blandrato *3.* e) Boresberc *1.* Boresbe *2. 4.* Boreste *3.* f) *Die eingeklammerten Worte nur in B, fehlen in allen Handschriften von A.* g) iuravit *1. 2. 3. 4, während die Lesart* iurabunt *uns nur in B erhalten ist (s. o. S. 346 N. 4).* h) *Diese Wortstellung in 1. 2. 3. 4, während es in B* Gotefridus cancellarius imperialis aule *heißt.* i) requisitus fuerit *1. 2. 3; die richtige Lesart nur in 4.* k) *Bis hierher ist der Text in dem Chart. Dertonense verbrannt (s. o. S. 349 N. 1).*

[1]) Über das mutmaßliche Datum s. oben S. 334 N. 3.